Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

t clxv v an cxv

RESPONDENS ARCHISINAGOGUS INDIGNANS QUIA SAB
BATO CURASSET IHS DICEBAT TURBAE SEX DIES SUNT IN
QUIBUS OPORTET OPERARI. IN HIS ERGO UENITE ET
CURAMINI ET NON IN DIE SABBATI.

Sabbato curauit ihs ostendens iam esse tempus ut secundum prophetiam cantici
canticorum aspiraret dies & remouerentur umbrę sed nesciebat archisinagogus
uel hoc uel illud multo ex aeuentius sacramentum quod sabbato curando dns inti
mabat. quam scilic& post sex saeculi aetates perpetua uitae inmortalis erat
gaudia daturus in cuius figuram mos esset sabbato non a bona sed a seruilis.
hoc est noxia praecepit actione feriandum illud utique tempus praefigurans
quo saecu . laria nostra opera. non autem religiosa. hoc est dm laudandi
acta cessarent. fallitur aut & fallit archesinagogus qui a lex in sabbato non homi
nem curare sed onera ferre. hoc ē peccatis grauari prohibuit.

RESPONDENS AUTEM AD ILLOS DIXIT. HYPOCRITAE UNUSQUIS
QUE UESTRUM SABBATO NON SOLUIT BOUEM SUU AUT ASINUM
A PRAESEPIO ET DUCIT AD AQUARE.

Infidelitatis quidem arguit principes sinagogę & merito hypocritarum. id est
simulatorum nomina notat. quos cum magistri plebium uideri appeterent homi
nes sanationem peccoris curę postponere non puder&. sed altiori sensu bouis &
asini uocabulo iudaeum grecumque significat. de quorum uocatione scriptum ē
bos cognouit possessorem suum & asinus praesepe dni sui. qui uterque peccati
uinculis absolutus sitam aestumq: mundi huius dominici fontis haustu deposuit.

HANC AUT FILIAM ABRAHAE QUA ALLIGAUIT SATANAS ECCE
DECEM ET OCTO ANNIS NON OPORTUIT SOLUI A UINCULO ISTO DIE SABBTI.

Filia abrahae est anima quaeque fidelis filia abrahe ecclesia de utroque populo ad fi
dei unitatem collecta quae tempore legis & dominicę resurrectionis impleto p gratiā
sps sci septiformem uincula longe captiuitatis erupit. Nā & hoc modo fortasse mysteriū
sabbati decem q: & octo annorum potest non inconueniēt intellegi. Idem ē ergo mysti
cae bouem uel asinum solutos a praesepio potum agi quo ē filiam abrahę a uinculo noxiae
inclinationis erigi. ecclesiā uideli c& ex iudaeis gentibusq: congregatā laqueis peccatorū
p aquā baptismatis absolui atq: ad caelestia speranda sublimari. Notandum sane
qd infandissima heresis ex eo quod dns ait. mulierem alligatā a satana conatur
astruere corporum humanorū uita non ad dm̄ auctorem. sed potius ad diabulum p
tinere quasi diabulus cum habeat semp cupiditatem nocendi nocere cui quā possit nisi
ab omnipotente acceperit potestatem. Nā quid aliud non solum in libro beati iob